~~honorem~~ et obsequium, quale Christi discipulis debetur, exhiberent. Tam benigne igitur hi admissus, tempus aliquod inter illos degit errans ipse et in errorem alios secum adducens ac male persuasos in perditionis barathrum abripiens. Quidam vero nomine Cricoraches copias Magistratus regionis ~~[illegible]~~ ducens, (ceterum doctrina pius, moribus constans, zelo admirabilis, et Dei hostibus infensus) tur~~[illegible]~~ mox quasdam militares loco admovet, in quo hæ impietatis mysteria tractabantur, et domus ipsam obsidens, ipsum quidem Magistrum (ut fieri solet quando in subitis insultibus et in turbationibus, mox huc mox illuc impetus vertitur) clam se proripientem non apprehendit: discipulos autem ejus Impostoris captivos tenuit et serpens tanti mali ulcus cohibuit ac repressit. Præfervidus autem in hac impietate docenda Josephus qui et Epaphroditus vocabatur, videatur ita utdictum ejectus, fugamque versus Phrygiam capessens brevi postea tempore Antiochiam Pisidiæ sibi delegit.

Nova illius schola turbatur a Cricorache

Ipse Antiochiam Pisidiæ profugit

In qua commorans, et securitatem a persecutoribus (quippe a quibus longiq abesset) nactus multos iterum civium illius urbis suo veneno corrupit. Satis benigne itaque ab ipsis admissus, et totis triginta annis falsa sua dogmata prædicans, sic tandem impuram et exsecrandam vitam amisit: et quidem in suburbio Antiochiæ ~~[illegible]~~ vulgo Chortocopion vocato. Ceterum cum adhuc ~~vitam~~ sceleratissimus ~~[illegible]~~ frueretur, ipsiusque hæresis floreret, femina quædam ex familiaribus ejus conjugio viro ~~ipsi~~ juncta, legitimum ~~[illegible]~~ filium dehonestandum ~~rem cum se miscuit, prolemque reddidit~~.

moritur.

Baanes ex adulterio nascitur